

Reuerentissimo S. dei dispositione Cisterciens abbati vniuersoꝝ sanctorũ patrũ capitulo. R. Sanfredi cognomẽto baralis eiusdẽ gratia vicecomes Aßassilie indeficientẽ in sancta p̄fessione leticiam. Qm̄ teste humani generis redemptore/nõ habet opus sani medico sed qui male habent/ multis ⁊ immẽsis peccatorũ depressus grauaminibus diuina fauente gratia remedia a potentib⁹ subueniendi exoptulo. Siquidẽ ab omnipotentis dei ineffabili bonitate ingenti impietate ⁊ iniquitate mea longe factus nisi forte in eo dixerim esse mecum qđ gratia ipsius iniquitatẽ meã ego cognosco/ ⁊ peccatũ meũ coram me est semp ad eius assessores ⁊ collaterales atq; ipso testante amicos/id est ad vos orationũ vestrarũ suffragia implorando cõfugio. De vestri ergo ordinis abundantia caritate cõsilius absens licet corpore p̄sens tamẽ mente instanti deuotione deprecor vt me in fratrem ⁊ fidelem recipiatis/ ⁊ p̄ anima bone memorie fratris mei Guilhelmi grossi iuges dño preces fundatis ⁊ vtrunq; omniũ bonorum vestrõũ participẽ faciatis/ atq; ingens missarũ debitũ quod pro eo teneor persoluere intuitu caritatis si placet ex parte releuare curetis/vt a nobis semper impleatur quod apostolus p̄cepit/Alter alterius onera portate/ ⁊c. Ego em̄ qui spiritualia a vobis requiro non quidẽ indignũ sed paruum duco cũ temporalia vobis porrigo hoc tamẽ concedo laudo ⁊ iure p̄petuo confirmo qđ sicut abbates vestri ordinis qui mihi vicini sunt/ita ⁊ omnes longe vel p̄pe positi liberi ⁊ securi ab omni exactione in vrbe Aßassilia/ ⁊ per omnem terram meam eant ⁊ redeant vendentes ⁊ ementes queq; sibi fuerint necessaria.

Dominus comes Flandr̄ ⁊ Clirõm intuitu fraternitatis ordinis sibi cõcesse dat vniuersis fratribus ordinis vt ipsi cum vniuersis que ipsorum sint transire pos-

sint per terram suam liberi ab omni tra-  
uerso ⁊ pedagio.

375<sup>4</sup>

Viris venerabilibus dominis ⁊ amicis carissimis abba-  
ti totiq; capitulo Cisterciensium ordinis P<sup>h</sup>. Flandr<sup>e</sup> et Thirom<sup>is</sup> co-  
mes Salutē ⁊ sincerā dilectionē cum plenitudine voluntatis  
vniuersitati vestre grates copiosus refero de fraternitatis ve-  
stre cōmunionē que mihi a vestre caritatis liberalitate proxi-  
mo anno benigne indulta est/ Unde ⁊ vniuersis fratribus or-  
dinis vestri liberaliter concedo vt ipsi cum vniuersis que ipso-  
rum sunt ad vsu eorū necessaria ab vniuerso trauerso ⁊ peda-  
gio liberi p<sup>er</sup> terram meā transeant imppetuū.

Domin<sup>us</sup> Girardus comes Matisconen<sup>sis</sup>  
cupiens fieri particeps orationū ordinis  
dat omnibus fratribus eiusdē ordinis  
liberam potestatē eundi ducendi ⁊ ven-  
dendi res pprias ⁊ emendi per omnē ter-  
ram suam ⁊ per aquas absq; pedagio vel  
alia exactione recipitq; omnes fratres or-  
dinis ⁊ res eorum in sua tuitione et cu-  
stodia. ⁊c.

In dei nomine Ego Girardus comes Matisconensis  
cupiens fieri particeps orationum ⁊ spiritualium beneficio-  
rum fratrum ordinis Cistercij pro remedio anime mee ⁊ paren-  
tum meorum in generali capitulo abbatū ordinis Cistercij de-  
di ⁊ concessi omnibus fratribus ipsius ordinis liberam pote-  
statem eundi/ducendi/portandi/ ⁊ vendendi res proprias et  
emendi ad omnia sibi necessaria per omnem terram meam ⁊  
per aquas absq; pedagio ⁊ omni alia exactione vel costuma